



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Ex dictis eorum etiam sententia exploditur, qui Deum à principio
produxisse solùm materiam informem asseruerunt. disput. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

quodam à parte inferiori rectum corporis cuiusdam cœlestis crassiōris, quod radix cœli empyrei non penetraret, concaūmque illius usque ad terram repleuisse aqua: atque patrem illam inferiorem, & quasi velum templi empyrei, esse in consummationem sœculi vñā cum firmamento & ceteris elemētis innouandam, reddendamque valde pellucidam, ac transparentem, ut deinceps pulchritudo cœli empyrei, & claritas ad terram usque præua & spectabilis redderetur.

Ad 4. Quod ad quartum argumentum attinet, Diuus Thomas in 2.d.2.q.2.art.3. illo argumento permotus, quod cœlum non nisi per motum influat, asseruit, cœlum empyreum non influere in alios orbes pyren in hac cœlestes, ac proinde nec in hac inferioria. Prima tamen parte quæst. 66. art. 3. ad secundum mutauit sententiam, longèque probabilius existimauit, sicut Angeli superiores, cito non mittantur, influunt in medios & infimos, qui mittuntur: sic etiam cœlum empyreum immotum influere in primū mobile, & per illud in hac inferioria. Quæ sententia ab aliis plus probatur, poteritque sine motu locali mediante lumine aut per vires alias occultas influere aliquid, quod ad hac inferiora pertingat. Quâuis ut orisolum non esset, sufficeret, si esset in se lucidissimum & pulcherimum, aptissimumque Dei curiae, habitationeque hominum & Angelorum beatorum. Hæc de sententia Cætiani.

Eugubini de cœlo empyreio sententia. Alia fuit extreme sententia Augustini Eugubini in Cosmopoeia, quin illa verba, *In principio creauit Deus cœlum & terram, affirmauit, cœlum empyreum esse eternum & increatum.* Sixtus Senensis lib. 5. Bibliotheca annotatione 4. refert, quasi adiecerit se paratum recantare, si male sentiret. Ambrosium Catharinum meritò dixisse, præstiterat tam periculosa literis non mandare, quām se ad palinodium offerre. *Quis enim nomine illius recantabit, qui iam obiit, & errorem suum in scriptis viventem dereliquit?* Ego licet in Eugubino loco citato errorem illum inueniam: nihil tamen de oblatione ad recantandum inuenio: fortè id in libro de rebus incorporeis & inuisibilibus dixit, quo etiam in loco ab aliis citatur, & à me q. 10. a. 3. disp. 2. ex aliorū relatione citatus fuit: neque enim opus illud ad manus meas deuenit. Quicquid sit, an le obtulerit ad recantandum, vel non: error sane est in fide, affirmare aliquid à Deo distinctū fuisse ex æternitate, sive id creatum, sive non creatum constitutur, ut ex iis, quæ loco citato, & quæst. 44. art. 1. ac quæst. 61. art. 3. diximus, est manifestum. Est enim Deus unum vniuersorum principium, quo ipsum non sunt, qui omnia ex tempore de nihilo condidit. Cùmque ostenderimus, non aliud esse cœlum empyreum, quām illud de quo Moyses dixit, *In principio creauit Deus cœlum & terram,* ex iis quæ tum hoc, tum præcedente disputatione diximus, liquido constat falsam esse sententiam Eugubini.

DISPUTATIO IIII.

Ex dictis eorum etiam sententia exploditur, qui Deum à principio produxisse solum materiam informem asseruerunt.

Sententia eorum, qui solum materiam informem condidit principio rerum asseruerunt. **F**Verunt qui asseuerarent, Deum in principio prodixisse de nihilo solum materiam informem, cāmque Moysen nomine cœli & terræ ac abyssi significasse: postea vero ex illa totum mundum fuisse fabricatum. Potestque probari, tum ex illo Scripto paulatim, tum in aliis Scripturis expoundendis, tum præstiterat in expounding principio Genesij. Libro autem 12. confessionum à capite 17. variis modos refert, quibus initium Genesij exponeat, & à multis exponebatur. Imò vero satis appearat inquit multis dispuicuisse opinionem, quam de-

A 1. Non impossibilis erat omnipotens manus tua, que creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem urorum, &c. tum etiam ex illo ad Hebr. 11. Fide intelligimus apertam esse sœcula verbo Dti, ut ex inuisibilibus visibilia fierent: porrò materia inuisa, seu inuisibilis, materia est informis: quæ namque iam formis substantiælibus distincta est, videri potest, ut Paulus ipse dum ait, ex inuisibilibus visibilia fuerint, facis innuit.

Hanc fortasse sententiam tribuat aliquis Augustino: 12. namque Confessionum cap. 8. sic ait: Tu Domine fecisti mundum de materia informi: quam fecisti de nulla re, penè nullam rem, unde facies magna quæ miramur filiis hominum. Valde enim mirabile hoc cœlum corporeum, quod firmamentum inter aquam & aquam secundo die post conditionem lucis dissipati, stat, & factum est. Quod firmamentum vocasti cœlum, sed cœlum terra huius, & maris, quo fecisti tertio die, dando speciem visibilem informi materiae, quam fecisti ante omnem diem. Licet autem illo eodem capite doceat Augustinus, Deum simul cum materia informi creasse cœlum cœli, Moysenq; cùm dixit, In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. nomine, cœli, intellexisse cœlum cœli, nomine verò, terra & abyssi, intellexisse materiam informem, attamen, ut excedentes & sequentibus capitibus constat, nomine illius cœli intelligit Augustinus, non cœlum aliquod corporeum, sed angelos: quare vult, mādum totum corporeum factum esse ex materia informi quam à principio vñā cum angelis produxerit Deus ante omnem diem. Item libr. 1. de Genesi contra Manichæos, c. 5. Prima, inquit, materia facta est confusa, & informis, unde omnia fierent, quæ distincta, argu formata sunt, quod credo à Græcis χαος appellari. Sic enim & alio loco credimus dictum in laudibus Dei: Qui fecisti mundum de materia informi. Quod aliqui codices habent de materia inuisita. Et cap. 7. addit: Informis ergo illa materia, quam de nihilo Deus fecit, appellata est primò cœlum & terra, & dictum est: In principio creauit Deus cœlum & terram: non quia iam hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Nam & cœlum scribunt postea factum. Quemadmodum si semen arboris considerarem, dicamus ibi esse radices & robur & ramos & fructus & folia, non quia iam sunt, sed quia futura sunt: sic dictum est: In principio fecit Deus cœlum & terram, quæ semen cœli & terræ, ciam in confusione adiutor est cœli & terra materia, sed quia certum erat, inde futurum esse cœlum & terram, iam & ipsa materia cœlum & terra appellata est. Et infra: Hæc ergo nomina omnia, sive cœlum & terra, sive terra inuisibilis & incomposita, & abyssus cum tenebris, sive aqua super quam stirrit fertur, nomina sunt informis materiae: ut res ignota nisi vocabulis insinuaretur imperitoribus, & non uno vocabulo, sed multis: ne, si unum esset, hoc putare esse quod consueverunt homines in illo vocabulo intelliger.

Aduerendum tamen est, Augustinum fuisse habere in re varium, inaltumque difficultatis invenire in expositione literali operum sex dierum, ut ex variis libris, quos hac de re scriptis, compertum est. Scriptis enim primò de Genesi aduersus Manichæos, deinde de Genesi imperfectum, postea iam Episcopus factus lib. 12. confessionum & sequentes, nec non duodecim libros de Genesi ad literam: & primo libro Retractionum ca. 10. & 18. proficitur, le profecit, tum in aliis Scripturis expoundendis, tum præstiterat in expounding principio Genesij. Libro autem 12. confessionum à capite 17. variis modos refert, quibus initium Genesij exponeat, & à multis exponebatur. Imò vero satis appearat inquit multis dispuicuisse opinionem, quam de-

Genesi contra Manichaeos fuerat secutus; & quam lib. 12. confessionum c. 8. & nonnullis antecedentibus, & sequentibus capitibus refert, nempe creasse Deum prius materiam informem, & ex illa postea fuisse fabricatum mundum visibilem, quin & fuisse amaritudines, qua pacem & caritatem conturbabant, quas ille sedare conatur. Tandem c. 29. explicatis variis modis, quibus aliquid potest dici factum prius alio, ait, dici posse Deum fecisse mundum ex materia informi, non quidem prius tempore, sed prius natura, iuxta modum quem disputatione 1. de mente Augustini explicauimus: quo pacto, inquit, dicere possumus, cantus fieri ex soni, non quidem quasi sonus, ex quo fit cantus, tempore canum antecedat, sed quia prius natura est esse sonum, quam dearticulationem & numeros cantus in se habeat. Atque hanc postea opinionem amplexus est in libr. de Genesi ad literam, ut disputatione 1. copiosè ostendimus. Quare haec sola, quam ultimè est amplexatus, sensenda est opinio Augustini, nempe quod informitas materia, non tempore, sed natura solum antecellerit mundum visibilem, quam Eucherius, & alij sunt scicuti.

Abulensis Cathar. & Aliorum sententia.

Alij dixerunt, Deum in principio creasse solum celum empyreum, & materiam informem, ex qua reliqua postea sit fabricatus, eamque nomine terra & abyssus fuisse à Moyse significatam, Abulensis, & Ambrosius Catharinus hanc sententiam amplectuntur, sed volunt materiam illam non omni forma substantiali fuisse spoliatam, sed habuisse formam corporeitatis, fuisseque indifferentem ad reliquias formas suscipiendas. Quae sententia Lyra non displicet.

Marsilius & aliorum opinio.

Alij assertuerunt, Deum in principio creasse corpora omnia coelestia, materiam vero elementorum produxisse exutam omni forma substantiali & accidentaria, prater extensionem. Hac sententia Marsilio placet in 2. q. 8. a. 2. & Gabrieli in codem 2. d. 12. q. 1. & 2. non displicerit.

Magister & Hugonis sententia.

Alij voluerunt, Deum produxisse à principio celum solum empyreum, & materiam continentem commixtionem quondam quatuor elementorum, simile chao poëtarum, antiquorumque philosophorum, in qua eo modo elementa dilitescuntur, quo in uto, terra & aqua in eo commixta, hancque appellant materiam informem, quod nondum pulchram & apertam formarum pulchritudinem habeat. Ita Magister in 2. partim dist. 2. & parrim dist. 12. In eademque sententia fuit Hugo de Sancto Victore.

Opinio de materia informe refellitur.

Ex dictis disputatione 2. constat, has omnes opiniones explodendas esse. Sine ulla enim legitima ratione inflectunt Scripturam sacram ad peregrinos, minimeque cum illa conscienties sensus, dum voces illas, celum, terram, abyssum, & aquas, à sua legitima significatione tantopere extrahunt, ut non res ipsas, ad quas significandas fuerint impositae, sed materiam informem, chaotique significant, ut interim alia absurdia omittant, que ex eadem interpretatione sequuntur. Addit Concilium Lateranense cap Firmianus, de summa Trinitate & fide Catholica definitissime, Deum ab initio temporis simul utramque de nihilo condidisse creaturam, angelican & mundanam: materia autem informis non dicitur mundana creatura, hoc est, corporeus mundus. Accedit, quod iuxta opiniones illas non traditur Genes. 1. quando producta fuerit terra & aqua. Basilius homilie 2. Hexameron veritatis depravatores, non suam mentem accommodantes Scripturam, sed ad suam voluntatem mentem Scripturarum trahentes Molina in D. Thom.

A tes, ac peruerentes, eos appellat, qui illis verbis Genef. 1. Terra autem erat inanis & vacua, intelligunt materiali informem.

Ad testimonium ergo illud Sap. 11. dicendum est, *Deum ex materia inuisita*, hoc est, ex terra inani & vacua, carenteque proinde pulchritudinis forma, quam postea confecta est, atque exquisitum tenebrae erant super faciem abyssi, neutrāmque elementum videri poterat, produxisse orbem terræ, hoc est superficiem terra, quam tertia die discooperuit ac eleuauit super aquas, & ea qua super eam superficiem sunt. Neque enim sola animalia & plantas produxit Deus ex his duobus elementis, sed etiam superficiem ipsam terra, quam discooperuit, quæque magna ex parte corporibus mixtis interius & exterius (ut ex axis & mineralibus conflat) repleta est, produxit tertia die ex terra elementum, quod in sua puritate ante condiderat. Sensus ergo testimonij citati est, non minus potens erat manus tuas inquirere in homines, de quibus est sermo, multitudinem versus, ad leonum, quillos perderent, quam à principio fuerit, ad creandum omnia orbis terrarum ambitu contenuta ex materia illa inuisita, vacua, & incomposita, quam simul ex celo empyreum creavit. Alij exponunt testimonium illud de materia prima, quæ suæ natura est inuisita, ex qua corpora omnia producta sunt, non quidem tamquam ex re quæ per moram temporalem præexistenter, sed tamquam ex parte eorum atque subiecto formæ, quæ etiam constant.

Ad testimonium Pauli dicendum est nomine aptationis sæculorum, non intelligi creationem de nihilo, ut verbum ipsum aptare, eaque, quæ Paulus subiungit, aperte sonant, sed digestionem, coordinacionem, ac compositionem sæculorum ex materia terra & aquæ, quam à principio Deus vñ cum celo empyreio condiderat. Creatis enim celo, terra, & aquis, dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, fiat firmamentum, congregentur aquæ in locum unum & apparat arida, sicut luminaria, &c. ut Genes 1. habetur, ad idque in eo testimonio alludit Paulus. Sensus ergo est: Fide intelligimus aptata sæcula Verbo Dei, ex materia videlicet terra & aquæ, quæ quando tenebrae erant super faciem abyssi, videri non poterant, et ex rebus ea ratione invisibilibus, visibilia atque pulcherrima fierent, qualis est fabrica tota huius mundi, quæ oculis nostris conspicitur.

D I S P V T A T I O V.

Diluuntur obieciones aliquot aduersus nostram sententiam.

H

V

enusque tribus disputationibus præcedentibus offeditum, Deum à principio solum creasse celum Emypreum, terram, & aquas, ex aquisque fuisse fabricata certa simplicita corpora, etiam celestes omnes orbes mobiles.

Quæret primum aliquis, cur in materiam celo-
rum, aeris, & ignis produxerit Deus ponit aquam,
quam quodvis aliud corpus simplex: Dicendum est
non debuisse in primis producere corpus aliquod
celeste, ex quo reliqua simplicita corpora produ-
ceret: eo quod corpus, ex quo alia sint producenda,
debeat corrumpi, ut alia ex co-generentur, corpus autem
celeste suæ naturæ est corruptionis expers. Inter
reliqua vero corpora simplicita corruptioni obnoxia,
nempe inter quatuor elementa, accommodatissimum omnium erat aqua: Tum quia si ad densitatem, perspicuitatem, & colorem, quem dum illu-
luminatur, nostris oculis exhibet, attendas, inuenies

K k 2 nullum

*Ad primum
arg. partis
adversa.*